nulla super iis oriri possit dubitatio. Eáque de re, perspicuae pariter et per omnia uniformes existunt Resolutiones ab hac Congregatione Vener. Fratrum Nostrorum Concilii Tridentini Interpretum repetitis vicibus emanatae, quas omnes Apostolica auctoritate Nostra, confirmamus et aprobamus, earum exequtionem Vobis enixé inculcantes ut scilicet Missa conventualis, quae singulis diebus canitur á clero praedictarum Ecclesiarum, pro earumdem Benefactoribus in genere quotidie applicetur; eodem prorsus modo, quo Missam Parochialem ab his qui curam animarum gerunt, pro populo sibi commisso, singulis saltem diebus festis de praecepto, applicari debere superius declaravimus.

§ 12. Itaque date operam, ut falsam quorundam opinionem eliminetis, quam in aliquibus Ecclesiis ejusmodi, sive dolo malo, sive per errorem invectam esse novimus: quod nempe dum Missa conventualis pro certo aliquo Ecclesiae Benefactore, vel grati animi ergo, vel ex vi oneris impositi, celebrantur et applicatur, satis impletum censeatur debitum applicationis Missae conventualis. Etenim hujusmodi debitum non quidem recipit singulares aliquos Benefactores, sed Benefactores in genere cujuslibet Ecclesiae, cujus servitio addicti sunt quicumque in eadem sive Dignitates, sive Canonicatus, sive Mansionariatus, sive Beneficia charalia obtinent et Missam conventualem suis respectivé vicibus celebrant.

§ 13. Neque minus improbandam noveritis aliorum sententiam, qui satis putant supradictam obligationem impletam esse, dum in eorum Ecclesiis pro Benefactoribus in genere aliquae interdum preces fiunt, vel aniversaria statis diebus sacrificia pro illis peraguntur. Nemo enim id sibi arrogare debet, ut impositae obligationi alia ratione satisfacere possit, quam ea, quae á lege Ecclesiastica multoties praescripta fuit; nimirum Missam conventualem singulis diebus pro Benefactoribus celebrando, eamdemque pro illis in genere applicando.

§ 14. Profectó non solum prioribus Ecclesiae saeculis verum etiam temporibus haud longé á nostra aetate remotis (quod Vos ex Historia Ecclesiae didicisse non dubitamus), servabatur olim in singulis Ecclesiis series accurata omnium et singulorum, quorum liberalitate unaquaeque aucta fuerat eorumque nomina sacris Diptychis, sic enim vocabantur, ideo consignata erat, ut eorumdem recordatio nunquam interiret, utque pro iis tum preces funderentur, tum etiam Missae sacrificium offerretur; quam ob causam etiam praedictus catalogus in plerisque Ecclesiis ob occulos Presbyteri celebrantis opponi consuevit; licet iidem pii Benefactores in suis Donationibus nihil penitus pro se pacti essent, sed tantummodo pro peccatorum

suorum remissione se bona sua Deo offerre declarassent. Ecclesiarum siquidem Praesules preces pro iis imperandas esse duxerunt: quamvis illi propria bona offerrentes ne verbum quidem ea de re fecissent, sacrorum hujusmodi Diptychorum usus sensim defecit; ob idque in oblivione jacent alicubi complurium Benefactorum nomina. At non idcirco deserere fas est usum et disciplinam orandi pro iis, et Sacrificium Missae pro illis offerendi. Atque inde praeceptum applicandi Missam conventualem pro Benefactoribus in genere, originem atque rationem desumit.

§ 15. Quemadmodum vero, loquendo de Missa Parochiali superius dictum est, varias excusationes afferri solere, ad declinandam illius applicationem pro populo diebus festis de præcepto; ita pariter usuvenit quoad applicationem quotidianam Missae conventualis pro Benefactoribus in genere. Ut autem superiores illae, sic etiam hae posteriores, providé é medio sublatae fuerunt per opportunas Congregationis Concilii resolutiones, quas proinde in his etiam auctoritate nostra approbamus et confirmamus.

§ 16. Nonnulli siquidem obtentu contrariae consuetudinis, etiam immemorabilis, in propria Ecclesia vigentis, se ab hujusmodi onere eximi posse sibi persuaserunt. Verum jam plúries responsum fuit, hujusmodi consuetudinem, licet immemorabilem, quae potius abusus et corruptela dicenda est nemini suffragari.

§ 17. Alii á Missa pro Benefactoribus in genere applicanda se excusatos voluissent, ex eo quod alio quopiam Missarum onere obstricti inveniantur, vel ratione proprii canonicatus, aut alterius Beneficii ecclesiastici, quod insimul cum canonicali Praebenda obtinent; vel quia praeter munus canonici, seu beneficiati, aut Mansionarii in Ecclesia Cathedrali, seu Colegiata, cum etiam in eadem, vel in alia Ecclesia Parochialem curam exerceant, dum Missam conventualem canunt diebus festis de praecepto, debent pro Populo sibi commisso eam applicare; ac proinde nequeunt eamdem pro Ecclesiae Benefactoribus specialiter offerre. Sed his quoque obviam itum est, jubendo singulis praedictis, ut Missam conventualem, quam canunt, pro Ecclesiae Benefactoribus in genere applicent; pro aliis vero, pro quibus ipsi peculiariter Missam applicare tenentur alterum substituant, qui ipsorum loco Missam hujusmodi celebret applicetque.

§ 18. Aliorum pariter exceptio fuit, quod Missa conventualis non semper á canonicis, aut Dignitatibus celebretur, sed aliquando etiam á Beneficiatis aut Mansionariis; quos minus aequum videtur pro Missae celebratione omni eleemosyna ca-

mum ac vigens privilegium sive indultum; jure ac merito verendum est, ne isti, dum ita se gerunt, Praebendarum, ac distributionum fructus minime suos faciant, et consequenter ne ad eorum restitutionem teneantur. Quapropter Vestrum erit, Venerabiles Fratres, haec omnia illis aperire, ut neque Nobis, neque Vobis apud Divinum Judicem fraudi sit, si in hujusmodi re, quae tanti est momenti, utpote quae ipsius rei cultum proxime spectat, abusus et corruptelas, quas arguendo et increpando evellere debebamus, dissimulatione ac silentio Nostro fovisse et confirmasse inveniamur. Interea, Fraternitatibus Vestris, quas intimo cordis affectu complectimur, Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem die XIX Agusti MDCCXLIV. Pontificatus nostri anno quinto.

Interesante á los Católicos.

Con gran sentimiento de nuestro corazon hemos visto unos papeles impresos, que alguna gente sediciosa y mal intencionada hizo fijar en las puertas de las iglesias el domingo pasado, en los que se decia, que los sacerdotes que celebran los divinos oficios en la Merced, S. Hipólito y la Santísima son cismáticos, protestantes y excomulgados; y que los sacrificios que celebran, no solo no son válidos, sino que es pecado asistir á ellos, inquietando así las débiles conciencias de los cristianos poco ilustrados, faltos de fé y caridad. Mas como tales especies se imputan á nosotros como gobernadores de la Mitra, y á otros eclesiásticos para hacernos aparecer ante el supremo gobierno como sediciosos y rebeldes, nos vemos precisados á manifestar al público que son del todo falsas tales noticias: que si dichos eclesiásticos hubieran incurrido en alguna de las faltas que el vulgo les imputa, tiempo ha los hubiéramos llamado al órden por la autoridad ó por la caridad.—Como autoridades no les hemos dirijido ninguna nota oficial por no habernos parecido necesaria, pues ellos hasta ahora no han hecho mas que servir y obedecer al gobierno de lo que nos honramos, pues nosotros estamos en la misma disposicion. Y en caso de que fueran extraviados, hubiéramos empleado la caridad y amor fraternal para persuadirlos con dulzura é indulgencia y sacarlos del error. Pero ni ellos ni persona alguna podrá probarnos que nos hemos dirigido á dichos sacerdotes por ninguno de estos medios: lo que confirma que no han incurrido en ninguno de los yerros que se les imputa.—Mas aun dado el caso de que estos eclesiasticos hubieran caido en esas faltas ó en alguna censura, recuerdan los verdaderos católicos que es de religiosa fé creer *que por pecador é indigno que sea el sacerdote que en el acto de ejercer su ministerio, todo lo que*

hace en nombre de Jesucristo queda hecho real y verdaderamente: y negar esto, es caer en herejía, por lo que aunque un sacerdote esté lleno de culpas y censuras, todo lo que hace en su ministerio es tan santo y verdadero, como lo que hace el sacerdote mas pacificado; pues allí no obra la santidad del sacerdote, sino la palabra y santidad de Jesucristo.—Por tanto es falso lo que se dice de estos sacerdotes, que hasta ahora son verdaderos católicos, pues no niegan dogma ni misterio alguno, y los fieles que asisten á su ministerio no incurren en ninguna falta.—Si como es fácil resultasen otros papeles contrariando á esta manifestacion, ténganse por nulos y de ningun valor.—México, Febrero 21 de 1861.—Bernardo Gárate,—Manuel Moreno y Jove,—Joaquin Primo de Rivera,—secretario.—Pájaro Verde, tom. I, n. 43.—Sábado 23 de Febrero de 1861.

CIRCULAR 1ª *Señor Vicario Foráneo.*

México, Mayo 16 de 1866.—El Sr. Provisor me manda decir á V. como tengo el honor de hacerlo, que de acuerdo con los señores gobernadores de la Mitra ha dispuesto se habra en cada iglesia un libro especial, en el que ántes de celebrar firmen los eclesiásticos con expresion de la hora en que lo verifiquen. Por tanto comunico á V. la órden de S. Sria., suplicándole tenga á bien contestarme haber recibido ésta, haber cumplido en la parroquia de su digno cargo, y en las demas parroquias, iglesias ó capillas que le estan sujetas, sirviéndose igualmente remitir cada mes á este Provisorato copia de las partidas del libro de su parroquia, así como de los libros de las demas iglesias en que firmen los sacerdotes.—Lic. Andrés Davis, notario.

CIRCULAR 2ª *Señor Vicario Foráneo.*

México, Junio 23 de 1866.—Dada cuenta al Sr. Provisor con el oficio de V. de 21 del actual, presente S. S. me manda decirle, que la firma del libro ántes de celebrar, debe de comprender a todos los eclesiásticos, curas, vicarios, y residentes, con excepcion de los señores arzobispos, obispos, capitulares de las catedrales, provisores, capellanes de monjas, prelados provinciales y curas de esta Capital.—Segundo, que la lista debe ser dirigida a la foranía para que el señor vicario mande todas las de su adscripcion.—Tercero, que en los pueblos distantes debe haber una lista que recoja la cabecera.—No debe V. extrañar, que aun los señores curas y vicarios estén obligados a firmar, por que este es el modo de dar buen ejemplo, y el señor secretario de cámara y los empleados de este Provisorato lo estamos haciendo diariamente.—Al cumplir con la órden del Sr. Provisor tengo el gusto de reiterarle mi consideracion

y aprecio —Lic. Andrés Davis, notario.

CIRCULAR 2ª *Señor Vicario Foráneo:*

México. Febrero 27 de 1867.—El Sr. Provisor en el ocurso que con fecha 22 del presente hace V. sobre que S. S. se sirvan disponer se suspenda la remision de las misas que se celebran en las iglesias de la Foranía del digno cargo de V. y con esta fecha se ha dignado dictar de conformidad hasta nueva órden, atendiendo á las justas causas que VV. ponen en su ocurso. —Esta ocasion me proporciona protestar á V. las consideraciones de mi aprecio —José M. Romero notario 1º

MISA VOTIVA. Missae votivae et privatae Defunctorum prohibéntur, *ex Rubricis Missalis* quolibet, die Domínico et festo, diebus duplicibus, et in iis, in quibus nequit fierit de duplici, et in octavis Nativit. Domini. Epiphan. Pentecost. et Corporis Christi *S. R. C.* 3 *Septemb.* 1752, 28 *Septemb.* 1755, *et Decret general.* 1770.

Missae solemnes Defunctorum, etiam praesente Cadavere nequeunt celebrari in Epiphania Domini, Dominica Resurrectionis, festo Ascensionis Domini. Dominica Pentecostes, festo Corporis Christi. SS. Josephii Reipublic. Mexican. Patron principal. Nativit. S. Joannis Baptistae. Natalii Ss. Apostolorum Petri et Paulii festo Asumption. B. Mariae V., festo Omnium Sanctorum, Concept. Inmaculat. B. M. V., Apparit. B. Mariae V. de Guadalupe Mexic. Reipub. Patron., Nativit. Domini festo Titular. Eccles. et Patroni loci. Dedicat. Eccles. et Triduo Mortis Christi. *S. R. C.* 5 *Junii* 1698.

Missae solemnes Defunctorum diebus tertio, septimo, trigesimo et anniversario ab obitu vel depositione defuncti prohibentur in duplicibus 1 et 2 classis. diebus Dominicis, et festis de praecepto, vigiliis Nativit. et Epiphan. Dñi ac Pentecost. et tota Hebdomada majori, et infraoctavas Nativit. et Epiphan. Dñi. ac Pentecost. et Corpor. Christi. *S. R. C.* 23 *Maji* 1603, *et* 2 *Augusti* 1783.

Missa solemnis de Requie pro defuncto in die depositionis etiam absente corpore celebrari poteste in duplicibus non de praecepto *S. R. C.* 19 *Septemb.* 1654.

Missa votivae solemnes pro re gravi prohibentur in duplicibus 1 class. Dominicis 1 class. fer. 4. Cinerum, tota Hebdomada majori, et vigiliis Nativit. Domini et Pentecostes *S. R. C.* 27 *Martii* 1779.

Missa pro sponso et sponsa dici potest quolibet die, excepti dup 1 et 2 cl., diebus Dominicis et Festis de praecepto, quibus dici debet Missa de Festo, vel de Dominica, cum commem. pro sponso et sponsa. *S. R. C. Decr. gener.* 20 *Sept.* 1783. Quando dicitur Missa pro sponso et sponsa omitti debet *Gloria et*

Credo. recitári debent 2 et 3. orat. ut in Miss. votiv. prout disponunt Rubricae general. tit. VII. num. 3. de commem. *Benedicamus Domino*, et Evang. S. Joannis in fine. *Decret. general.* 28 *Febr.* 1818.

Haec Missa prohibet. infr. Oct. Epiph. in vigil. et infra Oct. Pentecostes, atque etiam infra Oct. Corporis Christi ubi celebr. ad instar Oct. Epiph Oratio pro sponso et sponsa in dupl. 1. et 2. cl. non est. recitanda sub unica, sed sub sua conclusione; et tam praedictis diebus, quam Dominicis et Festis post omnes commem. á Rubrica praescriptas 20 *April.* 1842. Denique, si mulier sit vidua, omitti debet tum Missa pro sponso et sponsa, tum Benedicio nuptiarum descripta post orationem Dominicam et in fine Missae 3 *Martii* 1861.—Directorio.

EDICTO. *Nos el Dr. D. Pelagio Antonio de Labastida y Dávalos, por la gracia de Dios y de la Santa Sede Apostólica, arzobispo de México, asistente al Sacro Sólio Pontificio, etc., etc.*

Hemos recibido en el mes de Febrero próximo pasado el decreto *Urbis et orbis* de la Sagrada Congregacion de Ritos, en que nuestro santísimo Padre el Sr. Leon XIII manda que en todo el Orbe cristiano, despues de la celebracion del santo sacrificio de la misa, se hagan por todos los sacerdotes en union de los fieles, las preces que prescribe con el importante fin de implorar de la infinita misericordia de Dios Nuestro Señor, el remedio de las necesidades que afligen á la santa Iglesia y á todo el mundo. El mencionado decreto es del tenor siguiente:

Decreto Urbis et Orbis.

Desde el año de 1859 el Papa Pio IX, de santa memoria, con el fin de alcanzar los auxilios divinos tan necesarios en aquellos tiempos azarosos, ordenó que en todos los templos de los Estados Pontificios, celebrado el santo sacrificio de la misa, se rezaran ciertas y determinadas oraciones, á las que habia concedido indulgencias. Mas como todavia nos asedian graves males junto con el temor de que bien pronto nos veamos envueltos en otros mayores, y necesita en gran manera la Iglesia Católica de una especial proteccion de Dios; N. S. P. el Papa Leon XIII ha juzgado oportuno hacer que se recen en todo el mundo estas mismas oraciones algun tanto modificadas, para que el pueblo cristiano pida eficazmente al Señor en una oracion comun lo que mas convenga al bien universal de la religion cristiana, y con el aumento del número de los suplicantes se obtengan con más facilidad los beneficios de la misericordia divina.

Por tanto, ha mandado su Santidad por el presente decreto

de la Sagrada Congregacion de Ritos que en lo sucesivo y en todas las iglesias tanto de Roma como del mundo católico se digan de rodillas las siguientes oraciones, enriquecidas con trescientos dias de indulgencias, al fin de cada misa rezada, á saber:

Tres veces *Dios te Salve María, &c.*

Despues una vez la *Salve*, y al fin:

V. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Deus, refugium nostrum et virtus, adesto, piis Ecclesiae tuæ precibus, et praesta; ut, intercedente gloriosa et Immaculata Virgine Dei genitrice Maria, beato Josepho, ac beatis Apostolis tuis Petro et Paulo et omnibus Sanctis quod in praesentibus necessitatibus humiliter petimus, efficaciter consequamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

R. Amen. (1)

No obstante cualquiera cosa en contrario. En el dia de la Epifanía del Señor, 6 de Enero de 1884.—*Cardenal Bartolini*, Prefecto de la Sagrada Congregacion de Ritos—L † S—*Lorenzo Salvati*, secretario de la Sagrada Congregacion de Ritos.

En virtud, pues, de este mandato del Sumo Pontífice, y para coadyuvar su piadosa intencion, todos los sacerdotes de esta Arquidiócesis deberán recitar en alta voz las referidas preces, de rodillas, delante del altar, inmediatamente despues del último Evangelio de la misa, en todas las iglesias y oratorios, aun privados, sometiéndose en todo á la forma señalada por su Santidad.

Y exhortamos por nuestra parte á los fieles todos de la Arquidiócesis, á que eleven todos los dias sus oraciones al Señor, por la poderosa intercesion de la Santísima Vírgen María, para alcanzar los bienes celestiales de que tanto necesita la Santa Iglesia.

Este Edicto se leerá en nuestra santa iglesia Metropolitana, en la insigne Colegiata de Santa María de Guadalupe y en todas las parroquias é iglesias de la Diócesis, *inter missarum solemnia* el domingo inmediato á su recepcion, y se fijará en los lugares acostumbrados.

V. Ruega por nosotros Santa Madre de Dios.

R. Para que seamos digno de las promesas de Cristo.

Oracion.

¡Oh Dios, nuestro refugio y fortaleza, oye las piadosas oraciones de tu Iglesia y haz que por la intercesion de la gloriosa é Inmaculada Vírgen María, Madre de Dios; la de S. José y la

(1) Traduccion del versículo y de la oracion.

de sus santos Apóstoles Pedro y Pablo, y la de todos los santos, alcancémos con eficacia lo que humildemente pedimos en las presentes necesidades. Por el mismo Cristo Nuestro Señor.

R. Amen.

Dado en Tacuba, á 1°. de Marzo del año del Señor de 1884. —*Pelagio Antonio*, arzobispo de México.—*Lic. Ignacio Martinez Barros*, secretario.

MISIONES.

CARTA. Para dar cumplimiento á tan debida obligacion como pastor y prelado que soy de este Arzobispado, á cuyo cargo tengo tantas ovejas, he determinado darles el pasto espiritual, para encaminarlas al mayor bien de sus almas, y exhortar el mandato del rey nuestro señor (que Dios guarde) que tanto me encarga en sus reales cédulas; y por que al presente no puedo ir en persona á tan santo empleo, van en mi nombre los RR. PP. misioneros Juan Pérez y Tomás de Alarcon de la sagrada Compañía de Jesus, personas de grande espíritu y talento á hacer misiones por este Arzobispado, que fio de la Divina Magestad de Dios Nuestro Señor han de hacer mucha mies en la palabra Evangélica, que han de sembrar por todo él; y para que se consiga este bien que tanto es del agrado de su Divina Magestad; suplico á V. PP. y RR. PP. guardianes, priores, curas y ministros, los ayuden y fomenten en toda estimacion, en todo cuanto fuese posible, y los hospeden en los conventos de V. PP. y RR. asistiéndoles como si fuera á mi persona, que lo tendré á toda estimacion, viviré con este reconocimiento, que así lo espero de V. PP. RR.

Y por cuanto en semejantes actos muchas personas que estan en comunicacion ilícita, movidos sus corazones con oir sus platicas y sermones, el Espíritu Santo les alumbra á que salgan de sus culpas, y que se pongan en el estado del santo matrimonio, y á éstos es necesario alentarlos y ayudarlos en cuanto fuere posible para que se pongan en el estado del santo matrimonio, para lo cual por ésta concedo, y doy facultad á Vdes. PP. y RR. PP. curas ministros de las doctrinas de este Arzobispado, y en su ausencia, á sus ayudantes, para que con semejantes personas, y con otros que tuvieren causas justas por el tiempo que durare la mision en la doctrina, pueblo ó lugar, ó haciendo sujeta a ella, y despues de acabada dicha mision, veinte dias mas, puedan dispensar y dispensen en las varias haciendo primero las informaciones de libertad, de los contrayentes, y no resultando impedimento. (Y esto se entienda no estando presente en dicha mision mi juez

rere, quae unde desumi valeat, ignorantur. Cui tamen rei pariter consultum est, demandando ut ea desumatur ex Massa distributionum.

§ 19. Alii denique obtenderunt exiguitatem hujusmodi distributionum quae, ob detractam eleemosynam quotidianam pro Missa conventuali, ad nihilum fere redactae, vix foret, ut ab aliquo curarentur, cum magno detrimento servitii Ecclesiae praestandi. Tridentina quidem sinodus sess. 24, cap. 15 opportunas rationes ostendit quibus canonicalium Praebendarum inopiae valeat provideri. Si vero designatam á concilio viam, ut fere eveniri solet nequaquam iniri posse contingat, reliquum erit ad Congregationem Concilii recursum habere; cujus erit, perspecto ex Vestris relationibus rerum statu auctoritate Apostolica á Praecessoribus nostris eidem impartita et á Nobis etiam praesentium tenore confirmata, quotidianam applicationem Missae conventualis pro Benefactoribus in genere, ut alias, ad festos tantummodo dies reducere.

§ 20. Non modo Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus et Colegiatis injunctum reperitur, ut quotidie Missa conventualis in eisdem canatur, sed etiam in Rubricis generalibus, quarum exactissimam Fraternitatibus vestris custodiam commendamus, praescribitur, ut certis diebus non una sed binae atque etiam aliquando tres Missae conventuales uno die celebrentur. Itaque cum nuper á Nobis dictum fuerit, primam Missam conventualem quotidie pro Benefactoribus in genere celebrandam et applicandam esse, nunc expendendum superest an earumdem Ecclesiarum capitula jurisdictioni Vestrae respective subiecta adigere debeatis, ut alias quoque Missas, si plures ut praefertur, celebrari contigerit, pro Benefactoribus in genere similiter applicent.

§ 21. Hujusmodi quaestio ab aliquibus ex Vobis ecclesiastico zelo flagrantibus supradictae Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Concilii Tridentini Interpretum proposita est. Jamque ante illius propositionem compertum fuerat, alias ab eadem Congregatione responsum fuisse concedendam esse exemptionem ab onere applicandi secundam, ac tertiam Missam conventualem pro Benefactoribus in genere, attenta canonicatuum et Beneficiorum tenuitate; ex quo inferri poterat, hujusmodi applicationis debitum manere, ubi de Ecclesiis pauperibus non ageretur.

§ 22. Verum cum hanc definiendae quaestionis regulam apud praedictam Congregationem non admodum veteri observantia firmatam probe novelimus, cumque hujusce dubii solutionem eadem Congregatio nuper judicio Nostro remittendam esse censuerit; Nos ita judicamus idque Vobis tenendum in-

dicimus: laudandos nempe et confirmandos esse quotquot sponte suá secundam, aut tertiam conventualem Missam pro Benefactoribus in genere applicant; qui vero idem agunt ex vi consuetudinis in ipsorum Ecclesia vigentis, iis imperandum, ut in ea consuetudine perseverent, ubi vero id usu receptum non invenitur, liberam omnino secundae tertiaeque Missae conventualis applicationem celebrantibus relinquendam esse, dummodo in commemoratione pro defunctis, Ecclesiae Benefactorum in genere non obliviscantur.

§ 23. Huic demum Epistolae Nostrae finem imponentes, Fraternitates Vestras enixé hortamur, ut maximam curam et vigilantiam in id conferatis, ut in Ecclesiarum Vestrarum choris, praeter devotam celebrationem, debitamque applicationem Missae conventualis, Horae canonicae non praeproperé, sed exacté, pausa nempe interposita, et maxima, qua decet, reverentia, ac religione canantur.

§ 24. Equidem scimus, in aliquibus Metropolitanis, et Cathedralibus Ecclesiis, inter canonicos eam opinionem invaluisse, ut se munus suum satis implere contendat, dum choro præsentes assistunt, licet ipsi sibi silentium imperent, neque psallentibus Beneficiatis, aut Mansionariis in cantu se adjungant. In hujusce vero opinionis confirmationem, adduci ab iisdem solent inveteratae consuetudines, statuta peculiaria, aut etiam praetensa Ecclesiarum suarum privilegia. At cum Synodus Tridentina sess. 24, cap. 12, loquens de Dignitatibus et canonicis, qui choro interesse debent, unum ex eorum officiis esse dicat, *in choro ad psallendum instituto, hymnis et canticis Dei nomen reverenter, distincté devotéque laudare*; cumque pauca omnino sint capitula, in quibus eo modo a canonicis in choro assistitur, ideoque receptae in universa Ecclesia disciplinae paucos illos adversari dignoscatur; cum insuper opinio illa nunquam in Congregatione Concilii Tridentini interpretationi praeposita, examinata sit, quin statim explosa fuerit et improbata; quam vis praesumptis consuetudinibus, aliisque fundamentis, et rationibus enixa perhiberetur, canonicis etiam Ecclesiarum Patriarchalium hujus Nostrae Urbis super hoc instantibus; cum denique idem judicium prolatum reperiatur a pluribus Conciliis Provincialibus, ab hac etiam Apostolica Sede approbatis, et confirmatis; nihil jam reliquum esse videtur quominus pauciores universorum legise accommodent. Equidem minime Nobis compertum est, quo peculiari titulo suf   fulti persuasum habeant unius vel alterius Ecclesiae Canonici, se muneri suo satisfacere per simplicem in choro assistentiam, absque Divinae Psalmodiae cantu. Verum, nisi illis praesto sit Apostolicum non praesumptum, vel abrogatum sed legiti-